

que omnibus unus insulis præfuit. In qua
potestate ¹ Pheras cepit ², coloniam Lace-
² dæmoniorum. Fuit etiam extremo ³ Pelo-
ponnesio bello prætor, cum apud Ægos flu-
men copiæ Atheniensium ⁴ a Lysandro sunt
devictæ ⁵. Sed tum absuit ⁶, eoque pejus res
administrata est ⁷. Nam & prudens ⁸ rei
³ militaris, & diligens erat imperator ⁹. Ita-
que nemini erat his temporibus dubium ¹⁰,
si adfuisset, illam Athenienses calamitatem
¹¹ accepturos non fuisse.

II. Rebus autem ¹² afflictis ¹³ cum patriam ob-
sideri audisset, non quæsivit, ubi ipse tuto vi-
veret, sed unde præsidio posset esse ¹⁴ civib⁹
suis. Itaq; contulit ¹⁵ se ad Pharnabazum, sa-

F 3

tra-

¹ Imperio, præfectura, gubernatione. ² Non Pheras Thes-
saliæ, sed Messeniæ, ad sinum Messeniacum. v. Strab. 8, 253. &
Ptolem. 3, 16. Plinius 4, 5. in Laconia ponit, quia Augustus
eo transscriperat. teste Pausan. Messen. p. 140. Confirmat de
Conone Xenoph. 4. Gr. f. 314. Male ergo cum Rutgerio Var.
Le&t. 4, 10. substituunt *Theram*. ³ Scil. bello, eleganter pro
fine belli. ⁴ Qui vix unquam graviorem cladem perpelli
sunt. v. supra 6, 1. ⁵ Id est, penitus victæ & stratae, ut ad resur-
gendum nullæ vires restarent. ⁶ Imo interfuit prælio, sed ni-
hil proficiens fuga sibi salutem o&eto tricemibus comitantibus
quæsivit, & ad Evagoram Cypri Regem se contulit. ⁷ Male
accepti, fusi fugatique sunt. ⁸ Gnarus, peritus. ⁹ Alii, dili-
gens erat imperii, quali loquendi formula Tac. H. 4, 42, 6.
Itrenuus militiæ. ¹⁰ Credebant omnes.. ¹¹ Cladem. ¹² Scil.
Atheniensium. ¹³ Inclinatis, calamitosis. Just. 4, 5, 2. *dum res*
quamvis afflictæ, nondum tamen perditæ forent. ¹⁴ Unde ju-
veret cives, illisque prodeisset. Talis Camillus apud Liv. 5, 51.
¹⁵ Profecitus est.